

actiones verò ita ordinemus, ut ipsorum insidiis  
haud pateant. Hæc enim illa ipsa est, quæ ex  
inimicis capit, utilitas, ut virtuosius vivere,  
& prudentius agere discamus ; uti eleganter  
docet Plutarchus in *Libro de Utilitate ex Hostibus ca-*  
*piendâ conscripto.*

41.

Atque hæc levia circa Fortunæ fabrican-  
candæ Prudentiam in medium attulisse sufficiat.  
Exemplis dicta illustrare haud permisit ipsius  
rei prolixitas. Unde & veniam dabit Lector  
benevolus, quod dignissimum accuratori in-  
quisitione & deductione Argumentum pro di-  
gnitate sua tractatum non invenerit. Deus ve-  
ro Fortunæ Humanæ Arbiter ita singu-  
lorum Fortunam dirigat, ut in Fortu-  
na fabricanda nemo unquam  
successu se sentiat desti-  
tutum.

Ad